



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Item quòd de decimis quatuor debeant fieri portiones. cxxxvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

Quòd in vnaquaque Ecclesia tam de redditibus quam oblationibus quatuor debeant fieri portiones.

Caput CXXXVII.

*Ex epist.
Gelasii
papae,
cap. 27.*

QVatuor autem tam de redditibus quam de oblationibus fidelium, prout cuiuslibet ecclesiae facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones. Quarum sit vna pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda. De quibus sicut sacerdotis intererit integram ministris ecclesiae memoratam dependere quantitatem, sic clericus ultra delegatam sibi summam nihil insolenter nouerit expetendum. Ea verò quae ecclesiasticis aedificiis attributa sunt, huic operi veraciter praerogata, locorum deceat instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est si sacris aedibus destitutis, in lucrum suum praesul impedia haud designata conuertat. Ipsam nihilominus ascriptam pauperibus portionem, quamuis diuinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen iuxta quod scriptum est: Ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est, oportet etiam praesenti testificatione praedicari, & bonae famae preconiiis non taceri.

Item quòd de decimis quatuor debeant fieri portiones. Cap. CXXXVIII.

*Ex conc.
Hänetēsi.
cap. 6.*

Instruendi sunt presbyteri, pariterque admonendi, qui tenus nouerint decimas & oblationes quas à fidelibus accipiunt, pauperum & hospitem & peregrinorum esse stipendia, & non quasi suis, sed quasi commendatis vti. De quibus omnibus sciant se rationem posituros in conspectu Dei, & nisi eas fideliter pauperibus & his qui praemissis sunt administrauerint, damna passuros. Qualiter verò dispensari debeant, canones sanctè instituunt. Scilicet, quatuor partes inde fiant, vna ad fabricam ecclesiae reuandam, altera pauperibus distribuenda, tertia presbytero cum suis clericis habenda, quarta episcopo referuanda, ut quicquid exinde iusserit, prudenti consilio fiat.

Vbi terminari debeant contentiones certa inter Christianos. Cap. CXXXIX.

*Ex decre.
Marcelli
pap. ca. 3.*

Quacumque ergo contentiones inter Christianos fuerint, ad ecclesiam deferant, & ab ecclesiasticis